cere lubr et eius posteri tenebuntur Nulla in premissis terre precessione obstan. Quod memorialiter firmatum est.

# Buchowski quietat alium

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Castren. Premislien. Nobilis Adam Buchowski A terrestris dictibus iuribus iurisdictionibusque suis quibus propriis ac foro competen. recedendo Sueque iurisdictioni castren. premislien. se cum successoribus ac bonis suis omnibus quo ad actum presentem attinet incorporan. et subyciendo Sanus mente et corpore existens publice palam libere ac per expressum recognouit Quod A Generosis Christophoro Alberto et Sebestiano Buchowskie tanquam Nobilis Joannis Buchowski olim Nobilis Seraphini Buchowski Nepotis et successoris legitimi, Tutoribus naturalibus et legitimis, Ad Rationem Summe Trecentorum florenorum pecunie mon. et numi polonic. sibi recognoscente prefato olim Seraphinum Buchowski actis terrestribus premislien. ad soluendum inscript. Summam Centum quindecim florenorum et grossorum decem octo pecunie mon. et numi polonic. recepit et manualiter leuauit Ratione cuius receptionis et leuationis prefatum Joannem Buchowski nepotem et successorem legitimum memorati olim Seraphini Buchowski et summa predicta Centum quindecim florenorum et grossorum decem octo pecunie mon. et numi polonic. quietat liberumque ac immunem cum suis successoribus facit et pronunciat perpetue Super Residuo vero summa predicte Trecentorum florenorum pecunie Saluam in omni vigore et robore sibi et suis posteris reseruan. inscriptionem per se sua recognitione mediante Quod memoriali firmatum est.

# Actum in castro Premisliensi

feria Quarta post festum sancti Francisci Confessoris proxima Anno domini Millesimo Quingentesimo octuagesimo

10/X. Quarto Coram Generosis Alberto Lutkoslawski gladifero terre Vicecapitaneo et causarum officii Judice Dobrogostio Zapolski notario castren. premislien. officio que et actis presen.



# Buchowski ut Zarzecki

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus Castren. Premislien. Nobilis Adam Buchowski A terrestris dictibus iuribus iurisdictionibusque suis quibus propriis ac foro competen. recedendo Sueque iurisdictioni Castren. premislien. se cum successoribus bonisque suis omnibus quo ad actum et effectum presentis inscriptionis attinet plenarie incorporan. et subyciendo Sanus mente et corpore existens publice palam libere ac per expressum recognouit Quia Nobili Alexandro Zarzeczki et eius successoribus Summam Quinquaginta florenorum pecunie mon. et numi polonic. Certi veri liquidi mutui atque essencialis debiti tenetur et est debitus Quam quidem summam prefatam Quinquaginta florenorum pecunie mon. et numi polonic. se cum suis posteris in bonis suis quibuslibet omnibus Seriis obligat et inscribit eidem Nobili Alexandro Zarzeczki eiusque successoribus Sine prorogatione aliquali die et festo Conuersionis sancti Pauli apostoli proxime venturo in Ca... premislien. circa officium et acta Castren. premislien. totaliter plenarie et in effectum simul et semel in parata annumerata pecunia etiam absque ... presentia et diligentia ipsius Alexandri Zarzeczki vel eius successorum Soluere reponere relinquere relictamque nonnisi ex fideli ... sub vadio Quinquaginta florenorum pecunie mon. et numi polonic. Quod vadium in defectu solutionis summe eiusdem principalis pro tempore et loco solutionis assignat... die et tempore solutionis destinat. nullo dicto ... et ipse debitum ... Centum florenorum pecunie mon. et numi polonic. Conuertetur ac conuerti debebit Hoc ... vadium simul cum summa ... Centum florenorum pecunie mon. et numi polonic. ... Super bonis ipsius recognoscen. Seriis omnibus extendatur extendique debebit Porro pro omni ... recognoscens cum successoribus suis ... Super bonis suis Seriis omnibus Memorato Nobili Alexandro Zarzeczki posterisque illius obligat et inscribit Patentes ... ex ... actis Castren. premislien. ad acta ... premislien. ante decursum ...